

B

77

Aufz. 80.

DVAE MAR
TINI LVTHERI EPIS
TOLAE

VVITEMBERGAE
1971

Caspero Müller



SAMMELBAND

BIBLIOTHEK
SACHSEN-ANHALT

SACHSEN-ANHALT

IESVS

Se se commendat cum omni subiectione & reuerentia. Certior factus Reuerend. in Christo pater Illustris Princeps. Quoniam male apud Reuerendam paternitatem tuam pre cœteris audiam, ob quosdam, qui siue Zelo dei, siue alio affectu rapti, mea omnia traducunt aliter quam uellent sua a quo uis traduci. Non potui rationem habere, tam tuæ magnitudinis, quā meæ paruitatis, quin auderē his litteris thronū paternitatis tuæ accedere, Idque nulla alia causa, quam ne conscientia mea olim me vexaret, si occasione silen-
tii mei aut ueritas ibi periclitaretur, aut homi-
nū salus. ubi maxime debet tuta & rata esse. Si enim falsa sunt quæ in me congeruntur non si-
ne periculo creduntur, quod hac fide impia,
siant alieni a fide Christi, Cuius veritatem fal-
so accusatam, pro mendacio habent, quicun-
que delatoribus istius modi credunt. Nec dif-
ficile est etiam, Principes uiros falli adulatoria
sedulitate speciosissima, Quādo, Dauid Rex
integerrimus, Siba adulatore in Miphibo-
seth seuiit seductus, Et Iosaphat bonus Rex,
nec sane propheta Michea potuit reuocari,
quin raptus multitudine & auctoritate falso-
rū prophetarum, cū impio Rege Achab iret

a ii

in præcipitiū periculi, Sin autē falsa sunt. mi-
rum, immo miserum est, non inueniri, qui me
docere dignentur Qui tocies promisi auditu-
rum meliora & sentētiā immittaturum, Scio
quod non viuo quæ doceo, ideo que metedet
officii huius tantū abest, ut gloriam queram,
ut multi mihi imponūt. Vnde testem audeo
inuocare in animam meam, Dominū Iesum
Christum iudicem futurum, me nec nosse, nec
posse alia docere quam quæ docui. Nec mi-
hi sum conscius, unquam aliquid docuisse,
Quod non Christum & dei præcepta refe-
rat, nec ullus adhuc aliter conuic̄it. Quid igi-
tur faciam? lucrum non queritur, nec si quere-
rem, possem inuenire, in tanto multorū odio
Multominus gloria, in tanta mei infamia. es-
sem ego sane omniū, qui unquā fuerūt insanis-
simus, qui has res sectarer obquas dāna pro
lucris, confusionē pro gloria, mortē, vim,
& censuram, pro tutela & uita assidue pacior
Vbi se errarem, post hēc mala, eterno quoque
sim igne perdendus. Etsi talis quispiam forte
queat inueniri obstinatus, ego tamen me aliter
affectū esse uel hoc nomine scio quod inuitus
doceo, & ministerio verbi seruio. Qui enim
gloriā obstinate querūt, nō inuiti docent, Hēc
Reuerendissime in Christo pater ea fidutia

ad Reuerendissimā paternitatē tuā scribo, pri
mo quod multa mihi presumam, de ingenita
mīhi que p̄aesp̄cta benignitate tua, quam
omnino confido, h̄ec mea scripta benigne
agnoscituram. Deinde quod mihi reus vide
bar, Si Reuerend. paternitatem tuam inter
has linguis iniquas in me machinantes mala
solum relinquerē, immo ueritati Euangelicā
propter me, forsan male audienti defuissem.
Necdum audiui qui mea dānassent, nisi quos
inuidia moueri, ex eo coniici potest, quid hu
cusque in me tories reperti sunt mendacia sua
agitasse. etiam sub Sacro Romani Pontificis
nomine, fidem aut, mihi facit, mea esse sana
& recta, quod hi qui apud exteros sunt, &
neutri partiū adherent, ingeniosissimi & doc
tissimi, mihi plurimum gratulantr, quod &
accidere firmiter crediderim Reuerendiss. pa
ternitati tuæ, si p̄ae negotiis uacarer, uel lege
re vel audire. proinde quando ego non pos
sum offendī, nisi veritas simul offendatur, si
inique aut reprobor auditus, aut contemnor
auditurus. Neque enim aliud facere possum
amplius quam quod auditurū me pollicor
meliora, si bona non sunt in quibus audior,
Volui hiis litteris Reuerendissimæ paternita
ti tuæ tum mesū debitum officium persoluisse

a iii

ne dominus meus aliquo Siba vel Sedechia
preoccuparetur, & ad tāti Episcopi exemplū,
plurimi similia saperent atque ita meo filētio
non meam quidem famam, sed Christi gloriā
pessimari permitterē tum humiliter & enixe
rogare ut Reuerendissima paternitas tua ue-
lit meam paruitatem suę clementiæ habere cō
mandatam, Et si qua errasse me nosset aut cre
deret Paterne reuocare & errorem indicare,
Nam quod de potestate Romani Pontificis
& utraque specie Sacramenti in me tantum
eleuant confido proprias eorum consciētias,
pro me testificari nec dissentire nos in eare, nī
si forte solo nomine, Verū dabit hiis quoque
deus suum finem Qui Reuerendissimam pa
ternitatem seruet ac reget in secula Amen.

Vuittembergē Quarta Februarii.

M. D. XX.

Reuerendissimo in Christo patri Illustri que
principi D. Adulpho Ecclesiæ Mersebur
Episcopi, Principi Anhalten. Comi
ti Astadien. & domino Bern
burghen domino suo
metuendo

IESVS

Se se in domino commendat, cum omni
subiectione & reuerentia. Non auderem
unquam Reuerendissime in Christo pater, &
Illustrissime Princeps ego in simae sortis ho-
muntio apud magnitudinem tuam nec per ip-
fas litteras (quibus multa conceduntur quæ
presens uerecundia non presummit) uerba fa-
cere nisi me maioris rei ratio cogeret, videlicet
Christianæ fidei & ueritatis professio, commu-
nisque omnium salutis in Christo obseruatio.
Quibus si mea causa periculum instet, impiis-
simus fuero si racuero, Siquidē redditus sum
a fide dignis iuris certior, mihi etiam apud
tuā Magnitudinē Reuerendissime in Christo
pater, inuidiam moueri & odium conflari.
Forte ab his, qui apud alios me laudant
& tuentur. Hic ut cum domino meo gratio-
sissimo loquar iuxta conscientiæ meæ fidutiæ
nonne si falsa sunt, quibus accusor, non tam
ego, qui nihil sum, quam tua Reuerendissi-
ma paternitas Et illustrissima Dominatio tua
in periculo maximo est. ne quando (ut sumus
homines) aliquis Siba, Adulator, etiam inno-
centissimum Dauid uirum secundum cor dei
electū, auertata paupere & clando Miphibo-
seth. Ut in libro Regum Secundo legimus.

Quis principum fatis tutus esse potest, a falsis
& subdolis suggestoribus, Quando. Dauid
tatus, per vnā Sibam sic circumuentus fuit sane
& hec non leuissima causa, ut auderē has litteras
scribere quod mihi cōsciū essem, seduli &
fidelis officiī debiti Re. pa. tue, dominū meū
paterem rāto exponi periculo, immo ne ueri
tate Euangelicā sinerē, sub nomine impieta
tis, apud tantū principem, cū tanto, tātorum
hominū dispendio infamari. Nec enim est,
veritatem male audire, apud quēuis uulgarē
hominē, & tantarum animarum Episcopum
qñem siue recte monitum, siue circumuentum.
necessē est plurimos sequi. Sequi autem ad
versus Euangelicam ueritatem, omnium ma
lorum summarium est. Si uero recta sunt, &
vera quibus accusor, permittat mihi gratia
donum mei, meam queri miseriam. cur non
docent me meliora? Cur non ostendunt erro
rem? cur prius apud magnates damnant
quam conuincunt? Præsertim cum rocies pol
licear, me auditurum meliora, cum tam pa
ratus sim cedere sensum meum, immo cum
rāto estu petam in angulo latere. docere co
gor, quæ didici & in sacris litteris legi. Et
arguor, quod doceo, quæ illi aut nolunt aut
non possunt arguere.

Atquæ utinā, tantū esset Ociī Domino meo
gratiosissimo quo meas posset, uel legere uel
audire lucubrations. Non dubito fore, Vt
Reuerendissima paterniras tua cognitura sit
Deo propicio, quam aliena sint a me crimina
illorum in me congesta Neque enim adhuc
audiui mea damnata ab ullis, nisi hiis, quos
inuidia non modo tenet nec legant, Sed eti-
am, si quedam legant, statim deprauent. Ea in
me fingentes, que ne cogitauit unquam. Qua-
le est illud de utraque Spetie, & Romanī Pon-
tificis potestate. in qua re, si velint fateri ue-
rum, ipsi uere mecum sentiunt, quantumlibet
simulent dissensum, id quod facile intelligat,
qui mea legerit. Quare per tuam Reueren-
dissime pater, in omnes bonas litteras littera-
rosque viros celebratam illam, & omnibus
amatissimam benignitatem, suppliciter oro
dignetur Reuerendissima & Illustrissima do-
minatio tua me benigniore, quam illi delato-
res querunt opinione & nomine, non tam
mei, quam suæ ipsius, multorum que aliorum
salutis intuitum. Imo Christianæ ueritatis cau-
sa, que non potest non offendit si inique
siue reprober auditus, siue contemnor erudi-
endus & auditurus, Testis est mihi in animam
meam Iesus Christus, omnium iudex, me nou-

esse concium docuisse. præter id quod Christum & dei præcepta referat. Rursus non esse tam pertinacem, quin velim doceri, & errore cognito, mutare sententiam. Atque utinam id officii ex Reuerendissima paternitate tua licet experiri qui enim hucusque sum multis mendatiis uarie petitus, & tamen postea, luce veritatis reuelata innocens inuentus cogor suū picari & eos, qui adhuc & aliis viis me petunt non sincere agere. presertim dum uolunt docere, paratum doceri. Sed tantum criminari. Hęc Reuerendissime pater & Illustrissime princeps, visum est suggerere necessarium, aduersus siue malos, siue deceptas bonas linguas quo implerē & meum officium qui me partes gregis tui & in Diocesi tua natum, educatumque agnoscō. Ne quid mei silentii culpa grauius irreperet, in animum domini mei gratiosissimi, que pro sua in signi clementia gracie & patienter velit agnoscere & meam paruitatem Magnitudini suae habere commendatam. In Christo Iesu domino nostro Qui Reuerendiss. p. & dominationem tuā reget & seruet in secula amen.


Vittemb ergæ Quarta Februarii M.D.XX
Reuerendissimo in Christo patri Illustrique
Principi Alberto Episcopo Magūtine.

66977

AB 66977

(X 1978936)






Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



DVAE MAR

TINI LVTHERI EPIS
TOLAE

VVITTEMBERGAE
1471

Carsten Müller